

A & dextera manu enim tenens digladiabatur, minando illis atque ignoscendo. Illi vero neque attendebant, neque credebant; sed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei dissimulaverunt. Supra civitatem sidus flevit simile gladio, & per annum perseveravit cometes. Præterea viginti primo die mensis Maji visio quadam apparuit fidem excedens. Pro fabula factis, quod dicturus sum, habetur, nisi qui viderunt, superserent, & clades dignæ præfagis secute fuissent: Namque ante Solis occatum visi sunt per inane ferri curus totis regionibus, & armata acies tranantes nubila, & civitati circumfusa. Festo autem die, quam Pentecosten vocant, nocte sacerdotes intimum templum more suo ad divinas res celebrandas ingressi, primum quidem motum, strepitumqueenserunt, postea vero subitam vocem audierunt, quæ diceret: Migrenus hinc. Quod autem his horribilius fuit, Jesus quidam filius Annanæ, plebeus & rusticus, quadriennio prius quam bellum gereretur, in summa civitatis pace atque opulentia, cum ad festum diem venisset, quo atque in honorem Dei componi in templo ab hominibus suo est, repente exclamavit: **B** mare cepit: Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox à quatuor ventis: Vox in Hierosolymam & templum: Vox in maritos novos novaque nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atque hæc interdum noctuque clamitans, omnes civitatis vicus circumbat. Nonnulli autem virorum insignium adversum omen indignè ferentes, corripuit hominem, multique verberibus afficiunt. Ille autem neque pro se, nec ad eos qui se mulcabant, seretò quidquam locutus, eadem quæ prius vociferans perseverabat. Magistratus autem rati, quod erat verum, magis divinum esse hominis motum, ducunt eum ad Romanorum Præfectum: ubi plagis usque ad ossa laceratus, neque supplicium cuiquam fuit, neque lacrymavit: sed ut poterat, elevans maxime vocem, ad singulos ictus respondebat: *Væ, vae Hierosolymis, &c.* Fuit itaque civitas funditus everta, bonis direptis, captis & interfectis omnibus, quos invenerunt Romani. Iussit Imperator Vespasianus, ut omnes muri, & omnia ædificia, quæ quidem satis pulchra erant, solo æquarentur, ut quemadmodum prophetaverat Salvator, in ea lapis supra lapidem non remaneret. Hic fuit infelix finis illius **C** tantæ antiquæ, & nobilis civitatis, in toto orbe terrarum cognita, & celebrata; qui illi accidit post annum 2700. primo æque adificationis per Regem Melchisedech, & 1679. anno, postquam iterum David Rex eam fabricavit, atque nobilitavit. At neque illius antiquitas, neque amplitudo, & munio, neque amplas divitiæ, neque religionis gloria fatis fuerunt, quæ hostibus impedimento essent, quominus eo modo exciderent. Hoc fuit illorum premium, qui Christi regnum recusantes, dixerunt: *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Cum hic Rex, quem sibi cooptarunt, hæc illis reulerit gratiam. *Ex Josepho libr. 7. de bel. Ind. cap. 12. Lud. Granat. part. 4. Catechis. in Symbol.*

**G**ENNADIUS Ecclesiæ Constantinopolitane presbyter cum noctu ad Altare orandi gratia descendisset, spectrum quoddam daemoniacum vidit: quod cum increpasset, hujusmodi clamorem emittere audivit, quo se ipso vivente quiescere, tandem vero post mortem ipsius Ecclesiam vastaturum dicebat. Metu hujus Gennadius Domino plurimum supplicavit, ac paulo post vitam hanc finivit. *Theodorus Lestor. Dlib. 13. Collecta.*

Antequam HUNERICUS Vandalorum Rex universa furoris sui tela in persecutionem Ecclesiæ Catholica sic ut leo rugiens converteret, multis visionibus & signis imminens tempestas fuit demonstrata: nam semè ante biennium, quam fieret, vidit quidam Fausti Ecclesiam in solito ornatu fulgentem; & dum latere tanti fulgoris candore, cereis quoque fulgentibus, pallisque velaminum ac lampadibus rutilantem, subitò ait: Luminis illius concupiscibilis extinctio est fulgor, ac tenebris succedentibus, adversarius nobis natus est factor, omnique illa beatorum turba, expellentibus quibusdam Æthiopiis, minata est foras: ob hoc jugiter lamentatum, quod eam in claritate pristina nequaquam videret restitutam. Visionem istam, nobis præsentibus, sancto reulit Eugenio. Vidit & quidam Presbyter ipsam Fausti Ecclesiam referent turbis innumerabilium populorum, & post paululum evacuatam, & repletam porcorum multitudine atque capturam. Item alius vidit arcem triticeam ventilationi paratam granis adhuc ventilatoris iudicio necundam à palea separatis, & dum ingen-

tis massæ, licet confusæ, magnitudinem miratur, sibi E-  
tò ecce turbo veniens tempore sonivo fani cepit  
adventum suum surgente pulvere demonstrare. Cujus im-  
petu palea illa omnis omnino volavit, remanentibus gra-  
nis. Post hæc venit quidam procerus splendido vultu, ha-  
bituque nitido fulgens, & cæpit grana vacua, macilentia  
atque simul alia reproba purgando projicere. Quæ diu  
examinans, vix magnitudinem illius massæ, licet probate,  
ad acervum tamen perduxit exiguum. Item alius ait: Sta-  
bat quidam præcellus super montem, qui dicitur Requens-  
sis, & clamabat dextera, levaque: Migrate, migrate.  
Alius conspicit rugiente caelo atque turbato sulphureas nub-  
bes, quæ ingentes cæperunt lapides jaculari. Qui lapides  
dum cecidissent in terram, plus accendebantur, & majori-  
bus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia domo-  
rum, quos invenerant, incendebant. Qui autem vidit, ait  
cum se in quodam cubiculo abscondisset, miseratione di-  
vina ad eum sanna non potuit pervenire. Reor, ut illud  
propheticum impletur: *Claude ostium tuum, & abscon-  
de te pusillum, donec transeat ira Dei.* Vidit & venera-  
bilis Paulus Episcopus arborem usque ad cæcos ramis floren-  
tibus extensam; quæ etiam dilatatione sua omnem penè  
Africam opacabat. Et cum universi ejus magnitudine, &  
speciositate gauderent: ecce subito (inquit) venit affinis  
violens, qui deficiens cervicem super robur radicem  
ejus, impulsu suo cum ingenti sonitu illam mirabiliter ab-  
borem elisit ad terram. Sed & Quintilianus honorabi-  
lis Episcopus vidit se super quandam montem stare, de  
quo conspiciebat gregem innumerabilium ovium futurum;  
& in medio gregis duæ erant olæ nimium bullentes.  
Aderant autem ovium occidiores, quarum carnes ollis  
bullientibus emervebant. Et cum ita feret, omnis illa  
magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illas duas olas,  
duas esse civitates, in quibus multitudo prima  
fuerat congregata, à quibus incendium intium  
sumpsit; ait Hunericus Regem, & Cyrillum Episcopus  
ejus. *Victor. Vriem. lib. de Persecutione Van-*

**D.** GREGORIUS Papa de dira clade à LONGOBARDIS  
Italiae inferenda, hæc pro concione habuit ad popu-  
lum: Præterquam Italia gentili gladio ferienda traderent,  
ignes in caelos aëris vidimus, ipsique, qui postea huma-  
ni generis fuit, sanguinem confusantem. Sed quæ ante  
hæc offensa sint sancto Redempto Episcopo Ferentini, idem  
Gregorius sic narrat in Dialogis: Redemptum Ferentinæ ci-  
vitatis Episcopus, vix reverabilis virum, qui ante hosie-  
ritis annos septem ex hoc mundo migravit, in dilecto pro-  
pòsito valde familiariter jungebatur, hoc quod Joannis Ju-  
nioris prædecessoris mei tempore de mundi fine cogno-  
verat, sicut longè latèque claruerat, à me requisitus mihi ipse  
narrabat. Ajebat namque, quia quadam die, dum paro-  
chias suas ex more circumiret, pervenit ad Ecclesiam beati  
Eutychie martyris. Advesperascens autem die, stratum sibi  
fieri juxta sepulchrum martyris voluit, atque ibi post labo-  
rem quievit. Cum nocte media, ut asserbat, nec perfecte  
vigilare poterat, ut dormiebat; sed depressus, ut solebat,  
sonno, gravabatur quodam pondere vigilans animus; atque  
ante eum idem martyr Eutychie apparuit, dicens: Redem-  
te vigilas? Cui respondit: Vigilo. Qui ait: Finis venit uni-  
versæ carnis: Finis venit universæ carnis: Finis venit uni-  
versæ carnis. Postquam tantam vocem, viso Martyris,  
que motus ejus oculis apparebat, evanuit. Tunc vir Dei  
surrexit, seque in orationis lamentum dedit. Mox enim illa  
terribilla in celo signa secuta sunt, ut hæc atque acies igneæ  
ab Aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum  
gens vagina sua indignationis educta, in nostram cervicem  
grassata est: atque humanum genus, quod in hac terra præ-  
nima multitudine quasi spisse legetis more surrexerat, suc-  
cisiunt aruit; nam depopulata urbes, everfa castra, concre-  
mata Ecclesiæ, destructa monasteria virorum & femina-  
rum, desolata ab hominibus prædia; atque ab omni cultore  
delinita, in solitudine vacat terra: nullus hæc possessor  
inhabitat; occupantur bestiarum loca, quæ prius multitudine ho-  
minum tenebat: & quid in aliis mundi partibus agatur,  
ignoro. Nam in hac terra, in qua nos vivimus, mundus sine  
suum jam non nunciat, sed ostendit. Tantò ergo nos ne-  
cessè est instantiùs æterna querere, quando à nobis cogno-  
scimus temporalia fugisse. Despicendus à nobis hic mun-  
dus fuerat, etiam si blandiretur, si rebus prosperis demulceret  
animum

A animum: At postquam tot flagellis premitur, tanta adversita-  
te fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat; quid  
nobis aliud, quam ne diligatur, clamet? Hæc S. Gregorius  
de adventu Longobardorum præfago. At ne quis putet, mendax  
fuisse de universæ carnis fine prædictum oraculum, sciat  
hæc verba non seculi consummationem significatam, sed  
Genes Italice cladem: sicut olim Deum per suum Prophe-  
tam comminatum fuisse constat, ubi ait: Hæc dicit Domi-  
nus Deus terræ Israel: Finis venit: Venit finis super qua-  
tuor plagas terræ: Nunc finis super te, &c. Sicut ergo finem  
universæ carnis minitante Propheta, non mundi est demon-  
strans interitus, sed imminentes tantum clades præfigurate  
fuerunt: ita pariter eadem, quæ sancto Redempto nuntiata  
sunt, accipiendæ erunt. *Paul. Diac. de gest. Longobard. lib. 1. cap. 6. Gregor. hom. 1. in Evangelia & lib. 3. Dialog. cap. 38. Baron. Tom. 7. Anno 567.*

Circa annum Domini millesimum decimum septimum,  
temporibus videlicet Benedicti VIII. in regione AQUITA-  
NIÆ secus maritima late prodigium accidit, atque solemnita-  
tem S. Joannis Baptiste: Tribus diebus de caelo pluit sanguis,  
qui cadens super carnem hominis, at super lapidem, non  
poterat lavari, si verò super lignum caderet, lavabatur. Per-  
terelecit, inquit Baronius, universas Gallias ejusmodi pro-  
digium, adeò ut Robertus Rex Francorum scriptis consule-  
ret Fulbertum Episcopum Carnotensem, inter Gallicanos  
Episcopos doctrina facile principem. Cujus de his ad eun-  
dem Regem tunc respondens data extat \* Epistola, in qua  
quid ista portenderent, in fine ita philosophatur: Quod au-  
tem nuper hujusmodi cruorem in quadam parte regni vestri  
pluisset auditis: & quod ille cruor, ubi supra petram, vel  
super carnem hominis ceciderat, ablu non poterat; ubi au-  
tem super lignum ceciderat, facile abluetur; per hæc tria,  
tria genera hominum significata esse videtur: per lapidem  
impii, per carnem fornicarii, per lignum verò, quod neque  
durum est, ut lapis, neque molle, ut caro, illi qui neque im-  
pii sunt, neque fornicarii. Cum ergo venerit super illam  
gentem, cui portenditur, gladius, ius pestilentia designa-  
ta per sanguinem; si antea duri & molles non fuerint muta-  
ti in melius, morientur perpetualiter in sanguine suo: me-  
dullæ vero per angustiam mortui, vel aliter poterunt liberari  
per arbitrio secretissimi atque præstantissimi Judicis. Hæc  
ad Robertum Regem Fulbertus. Porò consequuta esse bel-  
la gravissima in ea Provincia inter Guilielmum Aquitanie  
Ducem, & Gaufridum Comitem Andegavensem, quo se-  
ptos mutuo adversis armis consecrunt, affirmat idem  
autor. *In fragmentis hist. Franc. apud Baron. Tom. 11. ann. 1017.*

\* ECCLESIE PERSECUTIO

Eam illustriorem reddidit.

Requirere etiam Tit. de Fidei Propagatione.

De Apostolis legitur, quod cum cæsis primùm denun-  
tiasent Principes Synagoga, ne loquerentur in nomine Je-  
su, ivertit gaudentes à conspectu Concilii, quoniam digni  
habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. *Actor. cap. 5.*

Sunt plena historia MARTYRUM, quo pacto, dum magis  
affligerentur, magis etiam & ardentius in Dei laudes profili-  
rent. Sic ut benè dixerit Tertullianus, Semen Christianorum  
D esse sanguinem martyrum: ac Synagoga Judæorum, fontes  
Ecclesiæ persecutionum.

Tantum abest, ut persecutiones Ecclesiam oppræsserint,  
ut potius illustriorem reddiderit instar auri fornax tribulatio-  
nis. Primum Ecclesiæ veteris fundamentum innocenti sangui-  
ne repletum fuit, dum Abel innocens à fratre occisus fuit.  
Ipsè vineæ Dominus ab improba Synagoga morte condemnatus:  
quem purpuratus sanctorum utriusque sexus exercitus est  
infectus; unde benè ille:

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine crevit,

Sanguine nutrita, sanguine finis erit.

Plures efficitur, dicebat idem Tertullianus, quoties metimur  
à vobis. Et August. Epist. 3. Ecclesia persecutionibus crescit,  
& per afflictionum angustias usque ad terrarum extrema dilata-  
tur. Quomodo T. Livius narrat, magnitudinem populi Romani  
majorem fuisse post cladem Cannensem, cum maximo prælio  
victi essent, quam ante.

Affligebant Aegyptii filios ISRAEL, eos assidue operibus luti  
& laterum opprimendo; at quo magis affligebantur, eò magis  
crescebant.

In captivitate Babylonica major erat dignitas Israeli-  
L. B. Theaur. vitæ Humanæ. Tom. 111.

tarum, quam ante: habebant enim illustres prophetas, Da-  
niel, Ezechiel, Zachariam; ac pluribus miracu-  
lis Deus testatus est promissionem suam. Daniel enim  
Leones servavit, & summi Principes ad eum conversi  
sunt.

Quemadmodum uniones magna vi tempestatis genero-  
siores fieri dicuntur, & palma contra pondus fortius afflu-  
gere: ac amarantus decerta surgit, ac renascitur viva-  
rior: Sic Ecclesia. Mithridatem clamat pueri veneno enuti-  
tratum, ideòque eo enecari non potuisse. Perinde Ecclesia  
persecutionibus crevit, de quibus fusc Lucas in Actis Aposto-  
lorum; ideòque per illas deleri non poterit. Sed lubet aliquot  
Persecutionum exempla huic loco adicere, ut constet, si-  
dem Catholicam per eas labefactam aut infirmatam non  
fuisse.

SPECIALES PERSECUTIONES ECCLESIE.

EX S. SCRIPTURA.

Vide etiam in loco de Persecutione.

Videns HERODES Alcalonia, quoniam illustris esset à  
Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros,  
qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu  
& infra, &c. *Matth. c. 2.*

HERODES Antipas, & PILATUS, qui prius hostes  
erant, amici facti sunt, ut Christum Dominum interficerent.  
*Luc. 22.*

Pharisei quoque, Scribæ & seniores populi Judaici  
ut Christum Redemptorem nostrum in cruce blasphemarent,  
Romanis militibus similiter blasphemantibus admix-  
ti stabant, suasque voces in eum emebant. *Joan. 19.*

Saducei præterea & Pharisei, Judæorum sectæ planè ad-  
versæ, ad tentandum atque vexandum Dominum optime con-  
spirarunt. *Matth. 16.*

EXEMPLA HISTORICA

PAGANORUM VETERUM.

Circa annum Domini sexagesimum octavum, Roma in-  
censa est, & perusta. Cujus occasione Nero Imp. in peregrino  
Christianos & Judæos rejecit, & repente quæstione  
habita, ejus iusti crudeliter in eos saxum cecit. Addebantur  
pereuntibus ludibria, ut ferarum tergis tecti, canum laniam in-  
terirent, aut crucibus affixi, aut flammam; atque ubi defici-  
sset dies, in usum nocturni luminis vibrarentur. Persecu-  
tio hæc prima in Christianis fuit Romæ, deinde per omnes  
provincias parsævitia excuriari imperavit. *Joan. Naucler. volum. 2. Chronograph. gener. 3. & Baron. tom. 1. Anno 68. ex Severo lib. 2. Histor.*

Cum Domitianus multum in multos crudelitate, & ne-  
quitiæ declarasset, & non exiguum Patriciorum & illustrium  
virorum multitudinem Romæ temerario, & iniquo iudicio  
interemisset, alioque infinitos dignitate præstantes non so-  
lum patriis finibus ejectione exilio multasset, sed etiam om-  
nibus facultatibus, & fortassis immerito & sine causa, exul-  
set, tandem in sceleratam Neronianam in Deum odii & impie-  
tatis hereditatem successit. Sciantis namque erat, qui contra  
Christianos persecutionis incendium excitavit. Ipse enim,  
ait Nauclerus, Joannem Evangelistam de Epheso adduci  
juste in urbem, & in dolium ferventis olei mitti præ-  
cepit ante portam Latinam; ex quo cum illatus exiret, cum  
in Pathmon insulam relegavit. *Euseb. Cæsar. libr. 3. Eccles. hist. cap. 13. Joan. Naucler. volum. 2. gen. Bar. an. 93. tom. 1.*

Anno à Christi nativitate trecentesimo, pacatis undique  
rebus, Diocletianus in Oriente, Maximianus verò Hercules  
in Occidente, persecutionem decimam post Neroneum exer-  
cuerunt in Christianos; quæ cæteris omnibus severior, per  
decem annos & amplius Ecclesiam afflixit incessanter: &  
quamvis antea semper Christianos persequerentur, sed xix.  
anno Imperii Diocletiani tam crudelis, tam fæva persecu-  
tio flagrabat, ut intra unum mensem xvii. millia Marty-  
rum inveniantur perpeffi. Exiit enim edictum, ut cunctæ  
quæ erant in orbe Ecclesiæ, ad solum dimerentur, & Sa-  
cræ scripturæ ubique igni comburerentur, omnique qui  
in Ecclesiis præessent, in vinculis ponerentur, ac deinde  
exquisitis supplicii immolare diis cogerentur. Rapiebant  
itaque, ut ait Eusebius, omnes Ecclesiarum principes,  
& sanctos clericos, nobiles & ignobiles, viros ac mu-  
lieres unâ cum pueris, & variis, inauditis, ac crudelioribus,  
ut excogitari poterant, supplicii excruciantibus, ex qui-  
bus nonnulli fatigati cedebant, alii usque in finem patien-  
tiam

A tiam servabant. Ioan. Naucler. vol. 2. Chronograph. gen. 11. ex Eusebio.

Anno Christi Domini quadringentesimo vicesimo, Idegerdes Perlarum Rex persecutionem contra Ecclesiam concitavit, occasione ex re gesta, quam sum narraueris, arripa. Aulas Episcopos, vir multis virtutis generibus ornatus, zelo non opportuno ille quidem accensus, Pyreum demolitus est: templa enim, in quibus 779, id est, ignis eorum coaruit, & Pyreum denud edificare iubet. Qui cum ei contradiceret, negaretque, se illud facturum: Rex omnes Ecclesias Christianorum se diturum minatur: atque quod ante verbis minabatur, re ipsa perfecit. Nam ut primam Audam divinam illum vinum trucidari mandauerat, Ecclesias deturbari iussit. Quod autem ad Pyrei everisionem attinet, haud oportune quidem illud factum esse existimo: nam Sanctus Apostolus Athenas adventans, & civitatem superstitioso simulacrorum cultu caecatam videns, aram quandam ab illis honoratam minime diruit, sed verbo eorum ignorantem redarguit, & veritatem illis patefecit. Attamen quod Aulas templum simulacri deturbanum extruere rursus noluit, sed interfecti potius maluit, quam illud efficere; eum magnopere admittit, & corona dignum iudico. Nam par impietas est ( mea quidem sententia ) ignem adorare, atque ei edificare delubrum. Hinc igitur persecutionis tempestas orta gravissimas, & turbulentissimas fluctus contra pietatis alumnos concitavit. Que procella triginta annos continuos, a Magis velut à quibusdam turbinihus agitata, duravit. Magos enim vocant Perse, qui Elementa in Deos referunt: de quorum commentitiis fabulis alio in opere, in quo eorum questiones dissolvemus, satis enucleate differuimus. Porro Gororanes filius Idegerdis post mortem patris, ut regni paterni, sic belli contra pietatem à patre commoti, successores exitit: quippe pater moriens hæc duo conjuncta filio reliquit. Tormentorum autem genera, & nova cruciamenta piis hominibus ab illis infligta, vix dicendo explicari poterunt. Nam quorundam manibus, aliorum autem tergis coram detrahunt: aliorum capita à fronte exoritur ad barbam usque cute exunnt: deinde robustis vinculis à capite usque ad pedes circumligant, & singulos calamos vi arte confringunt, ut partem cutis, ad quam mota erant arundines, eo pacto graviter lacerantes, actiores doloris mortis efficiant. Quin etiam lucus effodere, eos summa cum diligentia iungere, deinde ingentem foricium numerum in eos concludere: postmodum pietatis athletes, eorum manibus pedibusque contractis, ne bestias abigant, foricibus velut alimennum obijciunt. Sorices autem fame oppressi, sensim carnes sanctorum absumunt, sique diuturnum, & acerrimum cruciatum illis afferunt. Itemque carnifices ibi à fœderato illo nature nostre inimico, & veritatis hoste edocti, tormenta alia his quidem multo asperiora excogitarunt. Sed tamen nec eo quidem modo athletarum fortitudinem, & constantiam retinere poterunt: nam sua sponte accurrebant, magno desiderio mortis appetendæ, per quam aditus ad vitam immortalem patefit, inflammata. Theodoret. lib. 5. Eccl. hist. c. 39.

B ignorationem redarguit, & veritatem illis patefecit. Attamen quod Aulas templum simulacri deturbanum extruere rursus noluit, sed interfecti potius maluit, quam illud efficere; eum magnopere admittit, & corona dignum iudico.

Nam par impietas est ( mea quidem sententia ) ignem adorare, atque ei edificare delubrum. Hinc igitur persecutionis tempestas orta gravissimas, & turbulentissimas fluctus contra pietatis alumnos concitavit. Que procella triginta annos continuos, a Magis velut à quibusdam turbinihus agitata, duravit. Magos enim vocant Perse, qui Elementa in Deos referunt: de quorum commentitiis fabulis alio in opere, in quo eorum questiones dissolvemus, satis enucleate differuimus. Porro Gororanes filius Idegerdis post mortem patris, ut regni paterni, sic belli contra pietatem à patre commoti, successores exitit: quippe pater moriens hæc duo conjuncta filio reliquit. Tormentorum autem genera, & nova cruciamenta piis hominibus ab illis infligta, vix dicendo explicari poterunt. Nam quorundam manibus, aliorum autem tergis coram detrahunt: aliorum capita à fronte exoritur ad barbam usque cute exunnt: deinde robustis vinculis à capite usque ad pedes circumligant, & singulos calamos vi arte confringunt, ut partem cutis, ad quam mota erant arundines, eo pacto graviter lacerantes, actiores doloris mortis efficiant. Quin etiam lucus effodere, eos summa cum diligentia iungere, deinde ingentem foricium numerum in eos concludere: postmodum pietatis athletes, eorum manibus pedibusque contractis, ne bestias abigant, foricibus velut alimennum obijciunt. Sorices autem fame oppressi, sensim carnes sanctorum absumunt, sique diuturnum, & acerrimum cruciatum illis afferunt. Itemque carnifices ibi à fœderato illo nature nostre inimico, & veritatis hoste edocti, tormenta alia his quidem multo asperiora excogitarunt. Sed tamen nec eo quidem modo athletarum fortitudinem, & constantiam retinere poterunt: nam sua sponte accurrebant, magno desiderio mortis appetendæ, per quam aditus ad vitam immortalem patefit, inflammata. Theodoret. lib. 5. Eccl. hist. c. 39.

VET. HÆRETICORUM PERSECUTIO. Beatus Fulgentius Episcopus Ruspensis, cujus opera doctissima exant, quum prius Mauros fugisset persequentes, incidit in Arianos; quorum crudelitatem immanem expertus, ad vicina provincia sua loca regreditur, eligens Mauros potius paganos habere vicinos, quam molestissimos Arianos. In vita ejus aquid. Sur. tom. 1. Circa annum Dom. 770. sub Constantino Copronymo Iconomacho, monachi quadraginta duo, truncatis naribus, barbique illitis pice combustis, in balnei fornice clausi, ibique fame consumpti, martyrio coronantur. Chron. Sigeberti anno Dom. 770. Martyrol. Rom. 12. Januarii. Macedonius heresiarcha sub Constantio Imperatore Catholicos inaudito tormentorum genere cruciatis occidit. Inter cætera, fidelium mulierum ubera inter labra arcarum compressa dissectit, & candenti ferro combussit. Martyrolog. Roman. Baronii 30. Martii. Euty-chilla Alexandrina, statim post mortem Martiani Imperatoris Catholici, Proterium Episcopum & Patriarcham iunium Catholicum cum aliis clericis tanta crudelitate occiderunt, ut vilcæta ejus gustarent, & crudas carnes comederent,

reliquum corpus per plateas turbis trahentes. Evagr. lib. 2. E. hist. Eccl. c. 9. RECENTIOR. HÆRET. PERSECUTIONES. In GALLIIS sub annum millesimum quingentesimum sexagesimum secundum Engolinsæ triginta duo Catholici ab hæreticis capti, quos tribus diversis crudelium tormentorum generibus sævissime trucidarunt. Quosdam namque illorum binos colligarunt, quos sublati omnibus vivendi alimentis, languere coegerunt, putantes fore, ut fame adacti, se mutuis moribus peterent, ac disicerent. Quosdam funibus extensis alligatos deduxere, missoque in animum cultello, paulatim medios disseccarunt: alios stipitibus nudos adstrinxerunt, ignemque à tergo modicum succenderunt, ut longo tormento paulatim consumerentur. Thom. Boz. lib. 11. de sign. cap. 1. tom. 1. 6. Eodem anno propè ENGOLISMAM in parochia Chasse novilli presbyteri Catholici Ludovici Fayardi manus ahenofervens olei pleno ab hæreticis tamdiu immisit, donec avulla ab ossibus caro excideret: eundem repletum oleo, eodem bullente in eo immisso, & ad extremum fistulis ferreis, quas vocant scopetos, displosis necaverunt. Idem ibidem. DOMITIVS Hurlus Archiepiscopus Casselensis in Hybernia ab hæreticis est comprehensus, & octava plena olei pedibus illius injecta: educta crura ex opposita tabula foraminibus ante flammam ingentes urenda collocantur. Cumque diu sic adustus fuisset, occytime fure illi è tibus ocreæ detracta, & una cum illis carnis, ossibus tantummodo relicti: mox vimineo laqueo constructa illi ad longiorum dolore fauces, atque ita suspensus morti est relicti. Atque hæc Hæretici adversus noscos in Anglia, & Hybernia post annum millesimum quingentesimum octingentesimum. Apud Thom. Boz. lib. 11. de sign. Eccl. Dei cap. 1. tom. 1. 6. Anno millesimo undecimo, DANORUM exercitus, vastata magna parte Angliæ, ad ultimum inter Nativitatem S. Marie, & S. Michaelis festivitatem, urbem Cantuariam circumvallantes obederunt. Vicemio autem obtinuerunt die per insidias Emerici Archidiaconi, quem S. Elphegus, ne morti traderent, prius eripuit, pars civitatis incendiur, exercitus ingrediur, urbs capitur. Alii ferò jugulantur: alii flammis consumuntur: plures quoque de muris precipites dantur: nonnulli per verenda suspensi deficiunt: matrone crinibus per plateas civitatis distracta, demum flammis injecta moriuntur; parvuli à matrum uberibus avulsi, aut lanceis excipiuntur, aut superacto carro minutatim conteruntur. Interæ Archiepiscopus Elphegus capitur, vincitur, & variis modis affligitur. Almarus Abbas monasterii S. Augustini abire permittitur; capitur Goddwinus Rossensis Episcopus, Leonfrana Abbatis monasterii S. Mildrine, Elfrigus Regis Prepositus, monachi quoque & clerici, populatim innumerabiles viri que sexus. Et sic Ecclesia Christi spolata comburitur: grex monachalis & turba virilis, sed & muliebris, nec non infantilis decimatur, novem trucidantur, decimus vitæ reservatur: quatuor monachi, & octingenti viris decimato rum summa perficitur. Populo cæso, urbe spoliata, & tota cremata, Archiepiscopus Elphegus vincitur, vi impellitur, graviter fauciat. Hinc ad classem ducitur, post in carcerem traditur, ibique septem mensibus affligitur. Interim ita Dei in homicidam populum deserviens, ex his H duobus millia per diros interorum cruciatis prostravit. Cæteri quoque simili modo percussit, à fidelibus commonentur, ut Pontifici satisfaciatur, sed differunt. Prævalebat interim clades, & nunc denos, nunc vicenos, nunc plures similiter absumebat. Rogerius antiq. histor. fidelis priorie parte Annal. apud Baron. tom. 11. ann. 1012. 4.

NOVÆ CRUDELITATIS HÆRET. NOSTRATIUM. QUOS ET GEUSIOS DICIMUS. IN ANGLIA. De HENRICO VIII cujus tabes exterrari non potuit, nisi & JOANNEM FISCHERUM Episcopum Roffensem, Cardinalium collegio virtutis merito addicimus: & THOMAM MORUM Equestris ordinis virum, Regni Cancellarium, capitali supplicio ad-judicaret, nota est historia. Atque id hæc solum de causa, quod Regem, Anglicanæ Ecclesiæ caput & summum Pontificem non agno-

agno-

A agnoscerent, & Vicarii Christi in tetris, Romani Pontificis, auditoritatem tuerentur.

Eandem ob causam Carthusiani, viri religiosissimi, vario tormentorum genere exanimati fuerunt.

Quin carnificum eamdem expertus Joannes Forestius Franciscanus, qui eidem Henrico VIII à secreta confessione paulo ante fuerat, ac primum cruci affixus, deinde utulatus cum imagine Davidis Regis, quod inique usurpatam supremæ auctoritatis potestatem non approbasset. Multique Præfules eandem sortem experti, sic ut eodem Rege jam in reprobum sensum daro, non integris sex annis, nempe ab anno 1535. usque ad annum 1543. octoginta duo sacerdos crudeliter sunt trucidati: Laici vero sex, inter quos Tho. Morus, & Margarita Comitissa Sarisburiensis, Cardinalis Reginaldi Poli mater.

Neque mollior fuit Catholicorum conditio sub Elisabetha Regina: que inthar veteris Jezabelis, passim sacerdotes, & promiscue Catholicos, carceribus claudi, ac mille suppliciiis exanimari iussit; ita ut merito atrocissimis Ecclesiæ tyranniis debeat accesseri. Longum quippe foret repetere crudelitatum monstra, quibus, ea regnante, Catholici expositi fuerunt. Frigus, fames, nuditas, flagella, vincula, exiguè ponderis erant, si non aculei, aculeque sub unguibus præfixi, & mole afinaræ moles, aliaque adjecta fuissent. Itaque apud eam erat Proditio tenuissime fidei, divinaque legis Dogmata, crimine atrocis, & lesi injuria sequepti.

Comes quoque Northumbriae, Henricus Percius, de nocte è medio fibulatus, non alio crimine, quam fidei Catholice servatæ.

De Margarita Middleton, que Catholicorum ac præcipue Sacerdotum nutrix & hospes, referunt, quòd à sanguinaris suæ urbis [Ea Eboracorum civitas] satellitibus comprehensa, tandem dorso reclinata, mille pondò mole oppressa fuerat, ac comminuta.

Non tamen in summis animo demissa virago Supplicis, teneramque viri non pondera molem Corporis, injecti non turbare molares.

Quin ait: his totos membris immisit montes, Spiritus innocenti transiendat ad aspera verna.

Cæterum quis finis omnium, quos crudeliter procella patris annis obvolvitur? MARIA certe serenissima Scotiæ Regina, Jacobi VI. modo regnantis pia mater, & Angliæ coronæ hæretes, Francisci II. Francorum Regis vidua, epud Elisabethæ horam in Angliam concesserat, & immunitatem juramento interposito illa sponderat. Que, ubi venit, carceri includitur, & per annos x. in eo detinetur, variè tentata, ut Catholicum religionem abdicaret. In quo cum frustra laborarent Calviniana lætæ præfides, fide & jurejurando violatis, effere illius belluæ imperio, in castro Podinghamo supremo supplicio affecta fuit, 12. Cal. Martii, anni 1587. Etic.

Post varias clades miserorum, & cædis acervos Infantum, comes exornat spectacula mater Supplicio, & Regum soror, & fidiissima conjux.

IN GALLIA. Similes Tragedias Hugonotti in Gallia exhibuerunt, ex quo primum, anno scilicet 1562. Regi suo rebellarunt. Nonnullas habes eodem hoc titulo, quibus pauca addimus, prioribus nihil mitiores. Quippe funibus extensis Catholicos injicere, & hoc modo medios secare: alios stipitibus alligatos, lento igne consumere: quosdam fame stimulante, in rabiem, D & per hæc in se mutuo levare, permittunt, ac in dies nova pœnarum genera excogitant. Unde eleganter noster Bochius in suis hereticis:

Non Scythia, caucasæ nec que colit accolla rupes Effera gens, tantum feritatis pectore gestat Barbarico: non Errasci tam dura tyranni Imperia, horrendo qui funere mortua vivis Corpora jungebat: Tua quam Calvine Tyrannis, Et portæ tui sinxerunt quanta ministri. Quin & nonnullos, abjectis pudendis, cista perforatæ include-re, oleique ferventis vim maximam superinfundere, ut tormentis victi enecarentur. Aliis linguam extraxerunt, laminas candentes adhibuerunt, oculos eruerunt. Aliorum plantis equinas calces ferreas clavifixerunt, arboribus alligatos pleoribus iclopetis trajecterunt. Ita Calviniana mantuetudo Brutis animantibus æquat.

Innocuos, additque notis aliment a dolori Pœnarum invenit, & fastu insulat amaro.

Insuper Sacerdotes plurimos adhuc vivos defoderunt: nonnullos disseccarunt, eorumque intestina baculis obvoluta evulserunt.

L. B. Theat. vita Human. Tom. 111.

— Nihil inclementia pœna Linguit in experrum, laniat aque funere longo Viscera, crudeliter explent dulcedine mentes. Nec levis reperit genus, ut fastidia tollant Cædis, & in varia satiantur lumina morte.

GEUSIORUM IN BELGIO CRUDELITAS.

Mitiora à Geusius nostratibus expectanda non sunt. Gorconii oppidulum est Hollandiæ ] Crucifixi imaginem patibulo suffixerunt, primum in caput ipsium, Christum, tum in membra deservientes. Nam eodem tempore anno 1572. Bri-læ [aliud Hollandiæ oppidulum est] xxx. Francicanos ex horrei casusdam trabe suspenderunt. Aliis nares aurefice detur-carunt.

In Civitate Ruremundensi, xxvi. cum Sacerdotes, tum Monachi, martyrio vitam finire.

Aldenardæ in Flandria, Jo. Mahufium Franciscanum, designatum Episcopum Daventriensem, Pastorem urbis, alioque venerabiles viros, partim in profuientem Schaldium pro-jecterunt, partim contumeliis affectos occiderunt.

Haud procul ab Ipris Flandrorum, plurimos sacerdotes defoderunt vivos, capite supra terram exstante, ad quod instar metæ globos conjiciebant. Quin Edamo & Horna, Hollandiæ oppidis, educti Catholici flagellis lacerabantur. Aliis verò peves areæ ventribus superpositæ, & sub illis glitres vivi, qui superjecto pelvibus igne, intra resupinorum vice-ra se recondebant.

Sed & Cornelius Musius Poeta & Theologus, Genobii D. Agathæ Delphis pastor, ab Agahospite, & Aurico Principe reveris, in manus Gulielmi Lunati comitis à Marca incidit, qui virum innocentem variis tormentis affect: scilicet primum alligatum, & extensum, ardentibus tædis utulavit, ligatis ad digitos pedum ingentibus ponderibus; ac postremum truncatis manuum ac pedum digitis, per nivem usque ad forum Leidensæ tractus, ibidem in crucem actus fuit. Igitur ut rufus eleganter Bochius

Non tua te pietas, nec Apollinis insula texit Myrtum, AVSI decus: Ingenique per omnem Immortalis honos celeberrime reddidit orbem. Nunc major laus parva tibi, manet altera celo Laurea, quam servas, Batavæque injuria gentis, Et multo peperis sudatum sanguine lethum.

Legat, qui voluit, Gulielm. Esijum S. Theol. Professe in Aca-dem. Duacensi: qui martyrium, tum hujus, tum aliorum, sub nomine Historiæ martyrum Gorcomensium, vulgavit.

Ursula quoque Talefia virginis in Beginaio Harlemensi, post patrem illius grandævum, alioque laqueis suffocatos; hoc solum quòd Catholici essent; primum ut crucem, & si-dem desererent minati: deinde perseverantem, & abnudenti militi nubere volerunt: ad extremum in aquam con-jecterunt, & demerserunt. Ejusque sorori, quòd parvis, & con-sanguineorum acerbam sortem deseret, captivæ lapide commi-nuerunt.

Plura crudelitatis hæreticæ facinora per Geusios nostros patrata fuere, ut qui tam insatiabilis sanguinis Catholici siti torquebantur, ut mense Julio anni 1566. in conciliabulo quod ad oppidum S. Trudonii haberent, proposterunt una nocte omnes Catholicos pluribus locis è medio tollere. Neque etiam modo alia mente existunt, quàm ut manus impiis san-guine cruentent, nisi potentiores Principes obsiderent. Etenim,

Quem rabies agitat Calvini, corpora mactat, turbat Quorum animas fides illaqueare nequit. Verum Pæda Lutheranos venas plerumque voluptas, Libertasque vagos illecebroso capis.

\* INFELIX EXITUS PERSECUTORUM ECCLESIAE, HÆRESIARCARUM ITEM ET APOSTATARUM.

Et Apostatarum. Vide multa ejusdem argumenti infra titulo consimilis sub sinem hujus loci.

De misero fine Pharaonis, primi persecutoris Ecclesiæ, legimus Exod. 14. De Dathan & Abiron primis schismaticis, legimus Numer. 16. De Jezabel, 4. Reg. 9. De Antiocho, 2. Machab. 9. De Pilato, quòd seipsum interfecerit, scribit Eusebius lib. historiae cap. 7. & cap. ultimo, relict brevier cladem Judæorum, quam Jolephus late prosequitur, in libro de bello Judaico.

De Herode Alcalonita, qui obiit scætenis vermibus, cum prius occidisset uxorem, & filios, & seipsum occidere volu-isset, scribit Josephus lib. 17. antiquitatis. c. 9.

A De Herode Tetrarcha, quod amisso regno, in exilium relegans perpetuum, miserum vixerit: scribit idem Iosephus lib. 18. cap. 14. De filia Herodiadis, vide Nicephorum lib. 1. cap. 20.

De Herode Agrippa, vide Astor. 12. Neronem, Domitianum, & ceteros Imperatores, qui Christianos persecuti sunt, omnes vel a seipso, vel ab aliis crudeliter necatos, vel certe miserè perisse, constat ex Chronicis, & Historiis omnibus. Nam Trajanus horrenda paralyti, & simul hydropyssi extinctus est; Diocletianus Imperium deposuit, præ dolore, quod Christianos delere non posset; Valerianus, Maximianus & Maximinus tam horrendis dolibus correpti sunt, ut etiam Medici Ethnici dicentur, divinam esse plagam. Vide Eusebium in Chronico & lib. 8. Histor. c. ult. & lib. 9. c. ult.

Veniamus ad Hæresiarthas & Apostatas. Simon Magus cum volare vellet, orationibus beati Petri dejectus, tibus fregit, & paulo post summa cum ignominia obiit. Hegesippus lib. 3. cap. 2. de exilio Hierosolymitano, & Arnobius lib. 2. contra gentes.

Excorianus est à Rege Persarum Manicheus vivus, non ob fidem, sed quia filium Regis curaturus occidit. Epiphanius hæres. 66.

MONTANUS, THEODOTUS, & prophetisæ eorum, laqueis se ipsos necaverunt. Eusebius lib. 5. Hist. cap. 16. Donatista quidam cum canibus Eucharistiam projiceret, ab iisdem canibus lacerati sunt. Optatus lib. 2. contra Parmenianum.

ARIUS cum in Ecclesiam intrare vellet, subito motu alvi ad latrinas publicas accessit, & simul cum excrementis intestina omnia, & animam effudit: testis Athanasius oratione prima contra Arianos, & Rufinus lib. 10. hist. c. 13.

JULIANUS Apollata divinitus occisus, communi etiam caruit sepultura; nam à terra sponte aperta absorptum scribit Gregorius Nazianzenus, oratione in Athanasium, circ. c. 50.

VALENS Arianus, qui Juliano in persecutione Christianorum successit, vivus à Gothis, etiam Arianis, crematus est. Rufinus lib. 11. hist. c. 13.

NESTORIUS lingua impia à verbis consumpta miserimè interit. Evagrius lib. 1. hist. c. 7.

C HUNERICUS Rex Vandalorum Arianus, & persecutor Ecclesiæ, verbibus toto corpore scaten, consumptus est. Vistor lib. 3. extremo.

ANASTASIUS Imperator, fautor hæreticorum Eutychanorum, fulmine ictus interit, ut scribit Cedrenus, Zonaras, & Paulus Diaconus in ejus vita. Tempore Leonis Iconomachi, pestilenti insecta combustionem imaginem in foro Constantinopolitano, recentia milia hominum fulsit Constantinopolim. Vide Chronica Matthei Palmerii anno DCC. XXI. De Constantino Copronymo, vide Paulum Diaconum.

LUTHERUS morte repentina sublatu est, nam cum vesperis oppatam cœnam iussisset letus & sanus, & facies suis omnes ad risum provocasset, eadem nocte mortuus est: vide Cochleum in vita Lutheri.

ZVINGLIUS in bello contra Catholicos trucidatus est, & paulo post Basilicæ frater ejus spiritalis Ocolampadius, cum vesperi sanus cubitum ivisset, mane inventus est ab uxore mortuus in lecto: Author Cochleus in actis Lutheri anno M. DXXXI.

ANDREAM Carolladium à demone interfectum, ministri D Basileenses scribunt, in epistola quam ediderunt de morte Carolladii.

JOANNES CALVINUS verbibus consumptus expiravit, ut Antiochus, Herodes, Maximinus, & Hunericus: testatur Hieronymus Bolsetus in ejus vita. Qui etiam addit, cum demonibus invocatis blasphemantem & execrantem obiisset.

Ad hæc ad hunc titulum pertinet, ea que infra adducuntur sub tit. Ecclesiasticorum persecutores, insidiatores, & despectores divinitus puniti. Vbi multa exempla recentia, que superiori facta evenerunt, enarrantur. Item referuntur huc quadam ex loco de Persecutione, & loco de Hæresibus, lib. 8. & 14. hujus operis. Item ex loco de Impietate.

\* SUCCESSUS PROSPER ILLORUM QUI ECCLESIAM DEFENDERUNT, ET ORNARUNT.

Notæ sunt in primis victoriæ in testamento veteri Abrahæ, Moyse, Josue, Gedeonis, Samuelis, Davidis, Ezechie, Josue, Machabæorum.

In Testamento novo Constantinus, qui primus publicè ex Imperatoribus Ecclesiam defendit, eo fere modo, Ma-

xentium vicit, quo Moyses Pharaonem: vide Eusebium lib. 9. E. hist. cap. 9. De eo sic ait Aug. lib. 5. de civitate Dei, cap. 25. Constantinum Imperatorem, non supplicatent demonibus, sed ipsam venum Deum colentem, tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus audeat: universum orbem Romanum unus Augustus tenuit, & defendit, in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in Tyrannidis opprimendis per omnia prosperatus est: grandævus agriuidine & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit.

De Theodosio seniore scribit idem Aug. ibidem c. 26. Ei, quod verè pius & Catholicus esset, ad eò prosperè omnia successisse, ut in præliis hostium tela in auctores, Deo agente, retorquerentur. Addit Theodoros lib. 5. hist. c. 24. sanctos Joannem & Philippum Apostolos apparuisse in equis albis in eodem prælio, pro Theodosio Imperatore pugnantem.

De Honorio etiam planè Catholico, & Romano Pontifici addiditissimo, ut patet ex ejus Epistolis ad Bonificium Papam, scribit Aug. lib. 5. de Civitate Dei, c. 23. ita Deum pro illo pugnassee, ut pro prælio multo amplius quam centum milia Gothorum prostermentur, & Rex ipse Radagaisus cum filiis caperetur & occideretur, ex Romanis ne uno quidem vulnerato, nudum extincto.

De Theodosio juniore, scribit Socrates lib. 7. hist. cap. 18. exercitibus pugnantem cum barbaris, & ipso interitum in urbe præcisum apud Deum vacante, circiter centum milia Saracenorum ab Angelis acta in Euphratem, totumque ipsorum exercitum miserimè perisse.

JUSTINIANUS senior, donec Catholicus fuit, felicissimè imperavit, ita ut Italianam, Africanam, aliisque multas provincias Romano imperio restituerit, ut patet ex Evagrius lib. 4. hist. c. 16. & sequentibus. At ubi hæreticus factus est, & edictum proponere voluit de filia hæresi recipienda, mox repentina morte sublatu est, & Ecclesiam magno metu liberavit: ut idem Evagrius scribit lib. 4. c. ult.

HERACLIVS quoque, ut ex Joanne Zonata, aliisque historicis cognosci potest, dum Catholicus esset, præclarissimam victoriam de Persis reportavit, & Crucem Domini recepit, quando res Romanæ desperatè omnino esse videbantur. At cum in hæresim incidit Monothelitarum, omnia illi infeliciter successerunt, & ipse novo atque inaudito genere morbi extinctus est.

Constat item ex Grecorum historicis, Imperatores Orientis ab eo tempore, quo propter dissidium circa imagines ab Ecclesia Romana separaverunt, semper in dies deterius se habuisse, donec tandem Imperium penitus amiserunt. In Occidente verò ex Latinorum historicis manifestè colligitur, semper Imperatores magis, vel minus floruisse, ut magis vel minus Romanæ Ecclesiæ adiecti fuerunt.

Tempore Urbani secundum à Papa indicto pro recuperatione Jerusalem, cum essent Antiochiæ in summa desperatione, eò quòd propè aedem infinitis exercitiis Turcarum & Persarum, & ipsi pauci essent, & diuturna fame propè enecti, ita ut etiam viri fortissimi baculis nixi incederent; nec equos haberent, nisi paucissimos, ita ut præcipuus princeps Godofredus equo commodato uteretur, & multi principes in armis equitate cogenter: tandem Deus revelavit, ubi esset facta lancea, & ea prælata in bello victoriam dedit, ita ut occiderint centum milia Turcarum, & ex ipsis vix quatuor milia ceciderint. Cecidit etiam ros divinitus in illos, qui animis & corporibus vires addidit; denique apparuerunt tres viri sancti pro illis de celo pugnantem. Vide Paulum Amilium lib. 4. Gulielmum Tyrimum lib. 6. prope finem, & Doctorem Mariani Schothi continuatorem.

Tempore Innocentii tertii in Gallia, ab octo millibus Christianorum caesa sunt uno prælio centum milia Abigenis hæreticorum, ut scribit Amilium lib. 6. hist. Francorum.

Nostris temporibus anno M. D. XXXI. quinq; prælia commiserunt pro fide Catholici Helvetii cum hæreticis Helvetiis, & semper Catholici vicerunt, cum tamen essent numero & armis multo inferiores: vide Joannem Cochleum in Actis Lutheri, anni M. D. XXXI.

CAROLUS V. miraculo divino victoriam reulit de Lutheranis, anno M. D. XLVII. Quomodo de Zuinglianis, & rebellibus Bohemis, nuper anno M. DC. XX. Ferdinandus Imperator.

In Gallia quoque & Belgis multas victorias Catholici de hæreticis, non sine miraculo, reportarunt; imò vix unquam fuerunt

A fuerunt hæretici superiores, quando iusto prælio dimicatum est.

Ac nuper etiam anno M. DCXXI. memorabilem victoriam adversus Protestantium furorem, qui Austriae nomini & sanguini exitum parabant, electo in Regem Bohemiæ Frederico Palatino, consecutus fuit Ferdinandus Imperator, singulari Dei protectione munitus. Et novas exinde in dies accumulavit palmas, ac profragandis divini numinis hostibus animum virelque omnes adjicit.

Vide infra Tit. Poena à Deo infligenda contra Insidiatores Ecclesiasticorum, &c.

\* ECCLESIE BONA NON DILAPIDANDA, NĒC ALIENANDA.

Vbi de bonis, & possessionibus Ecclesiæ in particulari agitur: mox de iisdem in generali acturi.

Inexplebilis habendi finis, immensaque cupiditas, que in B quibusdam sacerdotibus nostri temporis vita est, Ecclesiasticis opibus, que Dei arque pauperum sunt, filios in immensum locupletandi, difficiliorem miraque magis Clementis IV. abstinendum facit. Is in agro Narbonensi orrus, Jureconsultus, ad Petri Apolloli solum descendit; ad eum jam Pontificem cum duæ filiae, quasante ex matrimonio suscepserat, venissent, freta, illius opera fe matrimonia, non ex pristina fortuna, sed ex Pontificis magnitudine consequuntur, neque ipsarum neque aliorum cognatorum precibus adductus Clemens unquam potuit, ut rem ullam ex Pontificatus bonis, aut redditibus daret; quorum postulas semper respondit: Pontificus Romanus filios non esse, neque eis licere, quod fuum non esset, propinquis dare. Et propterea contentas debere esse, si fortunæ, quas ante Pontificatum habebat, omnes eis reliquisset. Quibus opibus cum conditionem in matrimonio ex sententia sua non invenirent, ambe sacrarum virginum pudicitiam matrimonio præpouerunt. Nepotem quoque à tribus Canoniciatibus, quos habebat, duos dimittere coegit. Rara profectò abstinentia; sed tamen, que plurimum laudetur, haud indigna: Filiarum lacrymis in tam sublimi fortuna id non impartiri, quod permul non modo filii, verum cnyocis quoque, ac meretricibus nimisque largissimè donant. Baptista Fulgosi lib. 4. cap. 3.

S. LAURENTIVS Justinianus Patriarcha Venetus, rogatus à consanguineo quodam suo non ita paupere, ut pecunia cum juretici filiae dotem; non minus sapienter, quam piè respondit: Considera, quæro, frater: Si parum dederò, non est quò opus habes, si multum, defraudaverò multos, ut uti satisfaciam. Et propterea, quicquid illud est, quod est, ad cibos potius pauperum, quam ad crines, aut margaritas ornandos emendas, ab Ecclesia tradidit. In vita ejus apud Svirium tom. 1.

Quod mihi à senioribus inimatum est, refero. In Babyloniam partibus possessionem Apostolica sedes habebat, undè tantum balsami redditum per annos singulos capiebat, quod indelicente formite sufficeret lampadi, que videlicet ante Altare beati Apollolorum Principis rutilabat appensa: quam possessionem, accepta pecunia, Papa diraxit, canonemque aromatis, quem accipere solebat, amisit. Aliquantò post cum idem Papa prædicto sancto Altari quasi devotus assisteret, & oraret, ecce quidam terribilis, & grandævus fenex, in cuius etiam facie barbaram videbatur, elato brachio colaphum ipsi vehementer inculcavit, & ait: Tu innoxili lucernam meam ante me; & ego extinguam lucernam tuam ante Dominum; moxque disparuit. Ille verò protinus corruit, & paulo post diem clausit extremum. Sic, sic nimirum mereret corripit, qui illi se præbet adversum, qui cæli terræque primus pastor obtinet principatum. Ex Epist. Pet. Dam. ad Cadalium Pseudopapam electum. Baron. tom. 1. 106. 17.

HENRICUS Spirensis Episcopus, cum jam thesauros Ecclesiæ Spirensis penè omnes puerili levitate dilapidasset, & prædica militibus suis in beneficium erogasset, tempore Henrici III. Imperatoris; & tantum, ut vix in dimidium annum sumptus ex redditibus Ecclesiæ ministrari possent, inopinata morte subtrachus est. De cuius obitu dignam memoria viderent vidit clericus quidam, qui ei functo protinus in Episcopatum successit, nomine Huzmannus. Putabat, se in choro Spirensi cum Episcopo, & cæteris

clericis stare. Et ecce ingrediebantur chorum tres viri, unus E exacta ætate, canitie veneranda, duo juvenes, tanquam in obsequium senioris destinati: cumque in medio chori aliquandiu taciti constitissent, ait senior his, qui circa fe erant juvenibus: Quid tardatis, quod vobis iustum est, explere? At illi: Tu, inquit, pater es, primò adversus eum dicta sententia, & nos sine dilatione, quidquid iudicaveris, exequemur. Erille: Propter multa, inquit, mala, que in locum hunc, & in sanctam Dei Genitricem operatus est, egressa est à Deo sententia, ut interficiatur. Ad hanc vocem corripientes Episcopum decollaverunt, & truncum in ligno Crucis, quod in eadem Ecclesia in sublime elatum stabat, suspenderunt. Cumque manè factò, clericus nimio horrore concussus Episcopo somnium retulisset, visus est ei quasi deliramenta loqui, & propter sospitantem corporis sui optimèque constantem omnibus mentibus vigorem suum, nihil tam è vicino imminentes exiti sensum admisit. Et ecce septimo dehinc die, cum ad vesperterminalem synaxim cum fratribus in choro staret, sensit repente, parvulum filium instar puncti pustulam in collo excreverè; qui paulatim in mentium intumescente, ante mediam noctem defunctus est. F Lambertus Schafnab. anno 1075. apud Baronium eodem anno tom. 11. 14.

Anno Domini nongentesimo trigesimo nono, Otto Henrici Saxonie Regis filius in Allatia potentissimo adversariorum exercitu circumdatus, insperata potuit victoria. Comes quidam nunc prædives erat cum eo, cujus multitudine militum Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns, quam plurimos ex Regis acie desertores, ac transfugas fieri, non interiorem, sed exteriorem considerans hominem, tacitus hæc secum loqui cepit: Quiddid à Rege in hac perturbatione constituto petiero, sine dubio impetrabo, perferam cum & acce bellum imminet, ac ne fe deseram, timeat. Nuntiis itaque directis, Regi supplicat, ut Abbatiam quandam, Lauresheim dictam, præditi distimam, sibi concedat cum suis possessionibus, ut, quod sibi deerat, militibus suis ministrare prævaleat. Rex autem columbina non solum, sed ut erat viperina calliditate suffarcinatus, non hoc, quod peteret, minimè advertere potuit; unde & his nunciis apologeticum dedit, dicens: Illi quid sperat hæc re sentiam, verbis potius explicabo, quam nunciis. Quod qui eos direretur, audiens, immensa est affectus animi lætitia, sperans, quod poposcet, inperasse. Unde & more impatiens, Regem adit, episcopus sententiam saper hæc re postulari. Cui rex, populo circumstante: Obedire, inquit, magis oportet Deo, quam hominibus: Quis enim sanum sapiens ignorat, te hæc non humilitate petitionis, sed combinationis auctoritate dixisse? Scripserit enim: Nolite sanctum dare canibus. Quod quamvis de Doctoribus spiritaliter intelligendum fuerit prædicetur, ego tamen satis me dare canibus sanctum censet, si monasteriorum prædica, que à religiosis viris Deo sunt militatibus tradita, tulero, & sæculo militantibus dederò. Tibi verò tam procaciter injusta petenti, sub testimonio totius populi, nec hoc nec aliud unquam te à me accepturum esse testificor. Si tibi cordi est cum cæteris infidelibus avolare, quanto citius, tanto melius. His auditis (quia facies speculum est mentis) cordis verecundiam vultus rubore nudavit, concitius Regis ad pedes corruens, se peccasse, fe graviter deliquisse, confessus est. Luitprand. lib. 4. cap. 14. & 16. apud Baron. tom. 10. an. Domini 939. 2. & Renatus Choepinus lib. 2. de sacra politia tit. 3.

Fuit B. Fulco decimus octavus Abbas sancti Bertini monasterii in Sithia. Qui cum in Rhemenfi Archiepiscopatu Hincmaro succederet, successorem habuit in Abbatia Rodolphum. Eo autem mortuo, Caroli simplicis donatione locum occupare voluit Baldunus Calvus Flandriæ Comes, laicus, & miles. Sed monasterium, ut id implet, reassignavit beannu Fulconem, & pro ejus concordie electione, contra Baldunum conatus, per sanctum Grimboldum Caroli consentiam obtinuit. Cùm autem octo ferè annis Abbatiam nobilissimè rexisset, item Baldunus sollicitavit pro ea apud Carolum, & per VVinemarum militem apud sanctum Fulconem. Sed VVinemarus sentiens viam Dei contra Ecclesiæ & religionis statum flecti non posse, cum ira recessit, & posticus in via Rhemenfi insidiis, beatum Præfulum lanceis transfodit. Hæc via, regia eadem donatione, Baldunus Abbatiam invasit anno nongentesimo primo. Cui filii ejus successerunt, Apollus Boloniensis Comes, & Arnulphus Comes Flandrensis. Hi autem filii nomine Comitum Ecclesiam administrarunt, eam quasi hereditatem possidere

Asidere volentes . Unde monasterio cum pietate multa bona perierunt : nam inter alia ipsum oppidum , cuius munitionem sanctus Fulco incepit , Flandriae Comes sibi adscriperat , eod quod Baldunus munitionem illam perfecerat . Ceterum Arnulphus , regiminis anno undecimo , corde compunctus , cum videret sub se , fratre & patre colapsam esse religionem , ad VVinfredo Morinorum Episcopo ordinari postulat sanctum Gerardum natione Namurcensem , celeberrimum huius & aliorum cœnobiorum reformatorem . In Natal. SS. Belgii per Ioan. Bolanum 9. Septembr.

FRIDERICUS Primus Imperator , stans finistro Petri de Vineis viri docti , & prudentis , quum in bello contra Alexandrum Tertium pecunia careret , Pisis , ubi tunc Imperator erat , templorum ornamenta aurea , & argentea recipiens & spolians , ab illo suo secretario Petro de Vineis audivit : Injuriam abs te mihi illatam ( quia prius ipsum oculo privarat ex invidia Germanorum ) ultus sum ; tu tibi hominum odia comparasti , ego tibi Deum ex sacrilegio reddidi inimicum : omnia tibi deinceps in derisum cedent . Id quod postea factum constat , utpote quod Imperator à Papa victus , deinde misera quoque morte perierit . Quo dicto Petrus iste monuit , res sacras in usum profanum non vendendas . Factumque est id anno Domini M. C. XXIV. Ex Poggio Floren. in Fas. Frideric. Nausca in præcept. 7. De calogi.

Retum Hispanicarum historiae narrans , Urtaeam Alphonfi sexti Regis filiam , cum templum S. Ildori Legionensis ingressa exilasset , & gemmas , sacraque , ac pretiosam suppellectilem in sumptus belli rapuisset , & ob spolia domum lastitiam repetere , in ipso templi limine ruptis visceribus miserè diem suum obisse : eam item ob causam Alphonsum Regem virum ejus in Fragenis bello ab hostibus oppressum , interisse . Historiar. gener. Hisp. 4. p. Petr. Ribaden. de Princ. lib. 1. cap. 37.

His addam & illud de Sanctio Ramiro Aragonie Rege . Hic valentissimus Princeps nonnulla Ecclesie vœtigalia in usum belli , quod cum Mauris gerebat , convertit : & quantum hoc bellum Reipub. & Religioni , cuius causa suscipiebatur , utilissimum erat , nec ob exhaustum ararium cœptum prosequi poterat ; ita tamen animo commotus est , quod in Ecclesie facultates manus iniecerit , ut anno millesimo octingentesimo primo , Rota , ubi cum curia sua agebat presente Raymundo Dalmatio ejus urbis Antistite , ad aram D. Vicentii publicam egerit penitentiam , iusseritque , integra fide reponi , quod à Rotensi Ecclesia abstulerat , quæ ex ea de tractione penè considerat , ut scribit auctor Hieron. Surita lib. 1. Ann. c. 25. am. 1081.

De Ecclesia bonis sive Patrimonio conservando , & non alienando , aliisque ad hanc rem spectantibus , vide infra hoc eodem loco Particularem Titulum .

\* ECCLESIAE POTESTAS , AUCTORITAS ,

E T IMMUNITAS .

Servata , vindicata , adserta .

Ecclesie Christianæ auctoritatem , potestatemque infirmans ipse ejus Dominus , dum de obedientia illi præstantia fermocantatur : Si , inquit , Ecclesiam non audierit , sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus ; id est : Si Ecclesie obtemperare nolerit , ne consorcio ejus paratis , sive in divinis , sive in humanis . Ita enim Judæi habebant Ethnicos & Publicanos , ut eorum mensa , & consorcio se pollui arbitrabantur . Matth. cap. 18.

Immunitatis Ecclesiasticæ vindex , & protector eximus S. Hugo Episcopus Lincolnien. nunquam se conficio quicumque in Ecclesia præjudicium attentari permisit , unde & Regum malleus ea ætate nuncupabatur . Rogantibus autem amicis , ut majoris periculi evitandi causa , in reparari momenti , Regi contra Ecclesie avitum jus adspularetur , dixisse ferur : Abstine , ut me vivo laici , cuiuscumque etiam dignitatis , Ecclesiasticæ libertatis privilegium infringant . Sur. tom. 6. in vita . Beyerlinck in Apophthegm. Christianor.

Idem cum fortè Diocesis visitanda causa teneret , obviam habuit hominum sine ordine discurrentium turbam , qui furent ad supplicii locum de more deducere . Reus Episcopum adesse ratus , propius pro consequenda benedictione adduci postulat . Eo viso Episcopus , misericordiam motus : Solvite , ait , & finite abire ; ubi enim Episcopus cum fidelium populo congregatus est , ibi est Ecclesia : neque minor immunitas debetur lapidibus vivis , quam mortuis . Ibidem .

S. THOMAS Cantuariensis quoque in hoc amoris , & solitudinis genere excellit , mortem quippè sibi minitante scario : Ego verò , ajebat , pro Domino meo mori paratus sum , ut Ecclesia Anglicana meo sanguine pacem & libertatem assequatur . Thom. Stapler. in Apolog. & Sur. in vita ejusdem . L. Beyerlinck in Apophtheg. Christ.

ERAT FRIDERICUS II. Romanorum Imp. qui in id solium incumberebat , ut Ecclesie auctoritatem integritatemque enervaret . Quare à pluribus summis Pontificibus justè ditius devotum , deipex Innocentius Secundus , ac Caesaris nomine indignum judicavit . Ille autem ore procaci hoc disticho in Pontificem ludit :

Roma dinstubans , variisque erroribus acta , Corruet , & mundi desinet esse caput . Cui Pontifex , ut erat summo ingenio , rescripsit : Niteris in cassum navem demergere Petri : Fluctuat , ast nunquam mergitur illararis .

At sui impos Fridericus , denud Innocentium perfringens , subjecit : Fata volunt , felleque docent , aviumque volatus , Quod Fridericus ego malleus orbis ero . Verum intemperatum illud augurium eludens Innocentius , ita ad extremum respondit :

Fata volunt , Scriptura docet , peccata loquuntur , Quod tibi vita brevis , pena perennis erit .

In Paralip. Ab Vrsp. Ioan. VVolf. tom. 1. Lect. memor. p. 323. Beyerlinck. supra .

HENRICI OCTAVI Regis Angliæ curator , homo nefarius , & Calvini lacte nutritus , dum fortè Doctori Theologo in convivio , die jejuniæ ab Ecclesia indicti , assideret , carneque nolenti administraret , diceretque : Quam Scripturam adfers , domine Doctor , contra hunc cibum hodie comedendum ? contestum ille verba Apostoli subjecit , inquit : Nos talem consuetudinem non habemus , neque Ecclesia Dei ; quo dicto , obstupuit alter , & obmutuit . Corozet. Idem ibid.

Magis admirandi laudandique hi , quò ab Ecclesiastico ordine sunt remotiores . In Galliam itaque secedenti occurrit Pipinus Rex , verus , si falis ullus , Ecclesie fautor , & protector . Dum namque adversus Longobardos castra movisset , suos adhortatur ; tandem hoc dicto sermonem finit : Eo consilio arma induimus , ut Apostolicam sedem ab omni mortali injuria vindicemus . Hinc merito ei nomen Christianissimi obigit : quod ab eo , licet non eodem jure , omnes posteri usurparunt . Ex Dorland. in Chron. Duc. Brab. Idem .

Emittat hic etiam suos radios Alphonsus Aragon. Rex , qui Picensi suo Marte Sedi Apostolicæ recuperato , cum ab Eugenio PP. urbes aliquot don offerrentur , fortiter recusavit , dicens : Nequaquam questus aut præda , sed Ecclesie tuendæ gratia hanc expeditionem suscepi . Heu ! ubi hinc ille principum fervor , & zelus ! Panorm. l. 3. de Gest. ejusdem .

Romanam Ecclesiam supremam habere auctoritatem , id Julius factò comprobat Theodoratus lib. 4. histor. Tripari. his verbis : Eutibius ( Arianus ) ejusque confessor , calumnias in Athanasium factas Julio Romano Pontifici detulerunt . Qui Ecclesiasticam sequens legem , etiam ipsos Roman venire præcepit , & venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter evocavit . Ille continuo evocatione suscepta , venit : calumniarum verò sarcinatos Roman quidem profecti non sunt , scientes , facile suam posse capi mendaciam : sed videntes oves pastore desolatas , lupum super eas pro pastore constituerunt , id est , Gregorium , qui sex annis bestialis ferocibus crudelitatis usus , penam malitie sue solvit , ab omnibus amarissimè lanatus . Histor. trip. l. 4. c. 4.

Postquam Severus , homo impius , sedem Antiochenam invasit , infinita , quæ verbis exprimere non sit , mala , à communiõne sua abhorrentibus , intulit . Et tunc quidem Sabbam , solitudinis civem , & Theodosium cœnobiorum Prin-

A Principem ille Severus , alique ejus generis , vi adorti sunt , si eos in paribus suis haberent , omnia se consecutus rari . Atque ubi animos eorum tentarunt , præclarus ille virtute Theodosius fuggellum confendit , ac veluti Dux quidam , & Imperator pro concione monastica phalange advocata , postquam multitudinem manu designavit , voce majore sublata , hoc sic tonitrus in mare detonuit : Si quis quantor Synodos quantor Etuangelis non exaquet , anathema . His verbis dictis , perinde atque Angelus quidam , multitudinem in stuporem conjecta , cum silentio , omnibus inspectantibus , per mediam turbam processit : & homines omnes cum animi confirmatione viri ejus , tanquam egregii in bello Ducis , consilium factumque , quo sanctas Synodos sacris libris accensendas esse veluti lege lata statuit , admirati sunt . Et literas ad Imperatorem dantes , certamen se de eis ad sanguinem usque subituros ; neque etiam si quid acciderat , se illo modo à Patrum traditionibus discessuros esse , indicaverunt , atque confirmaverunt . Deinde circumquaque civitates peragrantes , veluti invicti belli duces , omnibus facti sunt omnia , homines confirmantes , ad fortitudinem B

coherentes , fœcordiam excitantes , hereticam insaniam prævenientes , denique Dei Verbum simul Deum quidem & hominem , unam verò ejus substantiam , five personam esse , natura unumque horum , divinitatem videlicet , & humanitatem habentem . Id quod Synodus quoque Chalcedonenfis docuit : quæ etiam hereticorum ex utraque parte error declinavit . Eò enim quòd personam unam profiteretur , Nestorii vesaniam repudiavit : Quòd verò duas natures deprædicat , Eutycheis & Diodori contractionem rejecit . Ita Romana sedes censuit , tenuit ac tenet & tenebit , Nicephor. Call. Eccl. hist. l. 16. c. 33.

Finita secunda Concilii Lemovicensis Actione , rem memoria dignam ex nata occasione in medium attulit unus ex Episcopis , quam ipsa Acta sic habent : Tunc Episcopus Cantuensis cepit enarrare , dicens : Nupperimè post Concilium Biruricense , quidam de excommunicatis eques in nostra Diocesi interfecit , quem ego roganibus amicis , & propinquis ejus , nullatenus solvere volui , ut ceteri metum haberent ; gravem enim culpam prædantis habuerat . Itaque sine sacerdotis officio C à militibus apud quandam Ecclesiam sancti Petri , non me jubente , sepultus est . Mane autem facto , corpus ejus longe extra cœmeterium projectum , & nudum super faciem ejus terræ inventum est : tumulus autem , ubi sepulturam habuerat , intactus , & ita , ut dimissus fuerat , repertus est . Quem iterum milites aperuerunt , & nihil amplius in eo , nisi vestes , quibus involutum corpus fuerat , invenerunt . Rursus cadaver ibidem sepelierunt , & diligenter tumulum sub enomi pondere terræ , & lapidum claudunt : sed die altero projectum cadaver , & tumulum intactum , ut supra , aspiciunt . Quinquies sepelitur , toties eodem ejectionum tenore contuentur . Tanto demum victi stupore , corpus loci à cœmeterio Ecclesie terra obrunt . Quo terrore percussis Principes militie , pacem nobis , velut putabamus , firmare nequaquam distulerunt . Ad hæc respondit Concilium : Quid hoc aliud est , nisi quia vis oculis vidimus , quæ excommunicati à sepultura Christianorum justè ab Episcopis segregantur ? Tales enim negant fidem , dum latrocinia potius , quam pacem lætantur . Baron. tom. 11. An. Eccl. ad annum Christi 1094. 17.

Anno viciesimo quinto vii Imperii impurus Anastasius Episcopus Oeniandum audiens disertum admodum esse , & qui ora omnibus sententiæ de passo Deo assertoribus obturaret , eum hortatus est , ut ad suam factionem decederet , pollicens , eum quidquid petisset , illud accepturum . Cui Episcopus : Tu , inquit , potius ad orthodoxos transi , ne dum opinionem impiorum hominum , Severi , Eutycheis , & Diodori amplecteris , æterno igni adjudicaris . Simulque apprehendens Imperatoris chlamydem : Hæc , ait , vestis nequaquam te post mortem sequetur , o Imperator : sed sola comitabitur te pietas , ac virtutum habitus : missam fac Ecclesiam , quam Christus suo redemit sanguine . Inductus es , & ratiocinandi ignarus , neque ullum Ecclesie decretum perfectè intelligis : tantum ostentus , & fustibus calumniis fauos terres . Satis fit tibi dignitatis , quòd Imperator es , Ancillites Ecclesie vexare noli . Ad hæc Imperator pudore confusus , obmutuit . Pauperissimum autem cum esset ille Episcopus , ne obvolunt quidem ab Imperatore voluit accipere : adeò liber erat , & solus in Deum fidei ac pietatis rationem

habens . Ioan. Zonaras tom. 3. Annal. Vide infra . E Ecclesiastica disciplina .

Hujus generis unum ex multis Henrici Quarti Imper. adscribam exemplum : hic itaque cum in omnia facta & flagitia prolapsus , everio jam statu Reipub. turbata tranquillitate Ecclesiarum , ablata majestate imperii , evacuata auctoritate Principum , inverfis moribus , abolitis legibus , & secundum Prophete elogium , imundantibus maledicto , mendacio , homicidio , furto ; postremò divinis , humanis , sacris profanis confusis omnibus , ipsi jam regno & imperio planè esset intolerabilis , nec optimatum , & populorum adversus eum toties facta conjuratio de ipso abrogando , & substituendo alio , quicumque proficeret , sed Republicam miseret cædibus , incendiis , & depopulationibus , ipso , ut callido erat ingenio , omnia eorum consilia , sceleratissimorum quorundam sibi oberatorum opera , interurbante , impediende , ac dissipanda , & optimates , quibus cura erat Reipublicæ salus , persequente carceribus , proscriptionibus , & nullo non persequente genere ; cum insuper universalis Ecclesie Pastorem adnotentem corripientemque contempnisset , tandem Ecclesiasticæ communioni illi interdictionem est à Gregorio Septimo Romano Pontifice unâ cum quibusdam , quorum omnia faciebat consilio , & quos suæ impietatis ministris , consiliarios , & fautores habebat . Inter quos cum VVilhelmus Trajectensis Episcopus causam Regis contra bonum , & æquum tuereur obstinatiss , & propterea non solum nihil faciendam Romani Pontificis excommunicationem alius persuadere conaretur , sed etiam publicè , diebus solemnibus , inter Missarum solemnias , ore rabido multa declamaret , & maledicta congereret in sanctum Pontificem , perjurum , adulterum & Pseudo-Apostolum illum appellans ; brevi post gravissima agritudine de repente correptus , & ultricem Dei manum sentiens , miserabili ejulatu coram astantibus omnibus vociferans , iusto Dei judicio , & vitam præsentem se amisisse , & æternam , quòd in gratiam Regis Ecclesiasticæ auctoritati fecisset injuriam , & Romano Pontifici , viro sancto ; & Apostolicarum virtutum sciens , & prudens , inutilisset graves contumelias : & inter has ipsas voces nulla reconciliatione , aut salutaris penitentia exitus infelicem spiritum , ceteris quidem unâ cum Rege excommunicatis terribili exemplo extitit , & optimatum omnium animos religione implevit , ita ut se paulatim omnes à palatio subtraherent , ne vitæ communionis culpam penamque incurerent ; nec ad Regem , licet crebris & solemnibus jussionibus evocati , redire sustinebant , factus ducentes , Regem quam Deum offendere , corporis quam anime iacturam facere . Quamvis ille contra frustra iraceretur , fremeret , & minabundus in omnes insaneret , jactans injustam & nihil pendendam in se Romani Pontificis sententiam , in quem & alios sibi inobedientes , gladium suum , quem juxta Apostoli vocem , ad vindictam malorum accepisse se jactabat , justè districhurus esset , & rebellionis meritis penas exacturus . Sed plus valuit apud Principes Christiana religio , quam defrutata jam auxiliis vana Principis comminatio . Albertus Magnus lib. 3. Hierarchie Ecclesiasticæ cap. 2. Baron. tom. 11. An. 1076. 35. 36.

Inter eos HENRICUS OCTAVUS Anglorum Rex morte multati iussit , propterea quòd constanter asserent , se nolle ab Ecclesia Catholica desicere , & validis rationibus & scripturæ testimoniis ostenderent , Regem sibi non posse vendicare Ecclesiasticam auctoritatem : supplicio quoque affecti sunt Joannes Traverfius sacra Theologiae Doctor in Hibernia , & Joannes Gomeus Augustinianus Cantuarie in Anglia . Gomeus quidem tenebatur aliquandiu in carcere , ibique ad solita Christianorum arma confugiens , precibus , & jejuniis triduo sine intermissione se dedit . Ibi tunc ad eum facta est vox , licet neminem videret , quæ ejus appellato nomine , iussit eum infracto animo pro ea , quam profectus erat , sententia mortem opperere . Multum inde ille confusus , permansit constans , nec ullis vel minis vel terroribus quam Regis parere voluntati . Porro Traverfius scriptis quibusdam Romani Pontificis primariam auctoritatem eum defendisset , eo nomine acclatus est ; & raptus ad tribunal , non negavit , sed extensis digitis : His , ait , ea conscripti , nec me ejus facti quam vel penituit , vel Deo benè propitio penitebit . Igitur dicta in eum mortis sententia est , graviaque de more supplicia sumpta . Accidit ibi res admiratione digna , quam narantur illi , qui præentes huic spectaculo interfuerunt . Cum carnis

